

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum  
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ  
lectionis vbique ratio habeatur

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lvgdvni, 1586**

Oratio XLVII: In M. Antonium Philippica quinta

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)

**IN M. ANTONIVM** P. B.  
PHILIPPICA

QVINTA.

ORATIO XLVII.

**N**I HIL umquam longius his Kalen. Ian. mihi nisum est, patres conscripti: quod quidem intellegebam per hos dies unicuique nostrum veteri. qui enim bellum cum rep. gerunt, hunc diem non expectabant, nos autem tum, cum maxime consilio nostro subuenire communi saluti oporteret, in senatum non uocabamur. Sed querelam præteriorum dierum sustulit oratio consulum: qui ita locuti sunt, ut magis exoptatae Kal. Ian. quam seræ esse uideantur. Atq; ut oratio consulum an num meum erexit, spemq; attulit non modo salutis conseruandæ, uerum etiam dignitatis pristine recuperandæ sic me perturbasset eius sententia. qui primus regatus est, nisi nostræ uirtuti, constantiæq; considerem. Hic enim dies uobis, patres conscripti, illuxit: hæc potestas data est, ut quantum uirtutis, quantum constantiæ, quantum grauitatis in huius ordinis consilio esset, populo Rom. declarare possetis. Recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit, quantus consensus nostrū, quanto i-tus; quanto constantia: quantam suis à populo Rom. laudem, quantam gloriam consecuti. Atq; illo die, P. C. ea constituitis, ut uobis nihil iam sit integrū, nisi aut honesta pax, aut bellum necessarium. Pacem uult M. Antonius? arma deponat, rō-

BBB 3 gets

gei, deprecetur, neminem aquo rem reperiet, quam me: cui:  
dum se ciuibus impia comendat, inimicus esse, quam ami-  
cus maluit. nihil est profecto, quod dari possit bellum ge-  
reri: erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti. Le-  
gatos uero ad eum mittere, de quo grauissimum iudicium  
nudus tertius de cibus fecistis, non iam lenitatis est, sed (ut,  
quod sentio, dicam) dementiae. Primum enim eos duces lau-  
dauistis, qui contra illum priuato consilio bellum suscep-  
sent: deinde milites ueteranos, qui, cum ab Antonio in colo-  
nias essent deducti, illius beneficio libertatem populi Rom.  
anteposuerunt. Quid legio Martia? quid quarta? cur lau-  
dantur? si enim consulem suum reliquerunt, uituperande  
sunt: si inimicum reip. iure laudantur. Atqui, cum consules  
nondum haberetis, decreuistis, & ut de præmiis militum,  
& de honoribus imperatorum primo quoq; tempore re-  
ferretur. Placet eodem tempore præmia constitueri iis, qui  
contra Antonium arma ceperint, & legatos ad Antonium  
mittere: ut iam pudendum sit, honestiora esse decreta le-  
gionum, quam senatus. siquidem legiones decreuerunt se-  
natum defendere contra M. Antonium: senatus decernit le-  
gatos ad Antonium. utrum hoc est confirmare militū ani-  
mos, an debilitare uirtutem? hoc dies duodecim perfecerūt,  
ut, quem nemo praeter Cotylam inuenitus sit, qui defenderet,  
is habeat iam patronos etiam consulares? Qui utinam om-  
nes ante me sententiam rogarerunt, quamquam suspicor,  
quid dicturi sunt quidam eorum, qui post me rogaruntur.  
facilius contradicerem, si quid uideretur. est enim opinio,  
decretum aliquem M. Antonio illam ultimam Galliam,  
quam Plancus obinet. Quid est aliud, quam ad bellum ci-  
uile hosti arma largiri: primum neruos belli pecuniam in-  
finitam, qua nunc eget; deinde equitatum, quantum uelit:  
equi

equitatum dico? dubitabit, credo, gentes barbaras secum  
adducere. hoc qui nō uidet, excors: qui, cum uidet, decernit,  
impius. Tu ciuem sceleratum, & perditum, Gallorum, &  
Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copijs  
instrues? nullae iste excusationes sunt. Meus amicus est: sit  
patriæ prius. Meus cognatus: an potest cognatio propior  
ulla esse, quam patriæ, in qua parentes etiam continentur?  
Mibi pecunia attribuit: cupio uidere, qui id audeat dicere.  
Quid autem agatur, cum aperuero, facile erit statuere, quā  
sentētiam dicatis, aut quā sequamini.\* Agitur, utriū M.  
Antonio facultas detur opprimenda reipub. cædis faciēdæ  
bonorum, diripiendæ urbis, agrorum suis latronibus \* cō-  
donandi, populum Rom. scrutute opprimendi: an horum  
nihil facere ei licet. dubitate quid agatis. At non cadunt  
haec in Antonium. hoc ne Cotyla quidem dicere auderet.  
quid enim in eum nō cadit, qui, cuius acta se defendere di-  
cit, eius eas leges peruerit, quas maxime laudare potera-  
mus? Ille paludes siccare uoluit: hic omnem Italiam mode-  
rato homini L. Antonio diuidendam dedit. quid hæc legem  
populus Rom. accepit? quid? per auspicia ferri potuit? sed  
\* augur uerecundus sine collegis de auspicijs. quāquam illa  
auspicia non egent interpretatione. Ioue enim tonante, cum  
populo agi non esse fas, quis ignorat? Tribuni plebis  
tulerunt de provincijs contra acta Casaris, ille biennium,  
hic sexennium: num etiam hanc legem populus Rom. acce-  
pit? quid? promulgata fuit? quid? nonne ante lata, quan-  
scripta? nonne ante factum uidimus, quam futurum quis-  
quam est suspicatus? ubi lex Cæcilia, & Didia? ubi promul-  
gatio, trinundinum? ubi pœna recenti lege Iunia, & Lici-  
nia? possuntne hæ leges ratæ esse sine interitu legum reli-  
quarum? ecclii potestas in forum instruandi fuit? qua porro

p. 196. illa tonitrua l quæ tempestas! ut, si auspicia M. Antonium non mouerent, sustinere eum, aut ferre potuisse tantam uim tempestatis, imbris, ac turbinum, mirum uideretur. quam legem igitur sè augur dicit tulisse, non modo, tonante loue, sed prope calesti clamore prohibente, banc dubitabit contra auspicia latam confiteri? quid? quod cum eo collega tulit, quem ipse fecit sua nuptiatione uitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur arbitratus est pertinere? Sed auspiciorum nos fortasse erimus interpres, qui sumus eius collegæ. num ergo etiam armorum interpres querimus? primum omnes fori aditus ita septi, ut, etiamsi nemo obstaret armatus, tamen, nisi septis reuulsis, introiri in forum nullo modo posset. sic uero erant disposita praesidia, ut, quomodo aditus urbe prohibentur, ita castellis, & \* operibus ab inglestone fori populum, tribunosque pleb. propulsari uideres. Quibus de caassis eas leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, omnes censeo per uim, & contra auspicia latas, iisque legibus populum non teneri. Si quam legem de actis Casaris confirmatio, due dictatura in perpetuum tollenda, due colonijs in agros deducendis tulisse M. Antonius dicitur, easdem leges de integro, ut populum teneant, saluis auspicijs, ferri placet. Quamvis enim res bonas uitiose, per uimque tulerit; tamen ha leges non sunt habenda: omnisque audacia gladiatorijs amentis auctoritate nostra repudianda est. illa uero dissipatio pecunia publica frena nullo modo est, per quam septies millies falsis perscriptionibus, donationibusque auertit: ut portenti simile uideatur, tantam pecuniam populi Romani tam breui tempore perire potuisse. Quid? illi immanes quaestus ferendi ne, quos M. Antonij tota exhaust domus? decreta

creta falsa uendebat: regna, ciuitates, immunitates in eis,  
accepta pecunia, iubebat incidi. hæc se ex commentarijs  
Cæsaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat. calebant  
in interiore ædium parte totius reipubl. nundinae: mulier  
sibi felicior, quam uiris, auctionem prouinciarum, re-  
gnorumque faciebat. restituebantur exules, quasi lege,  
sine lege. quæ nisi autoritate senatus rescinduntur, quo-  
niam ingressi in spem reipublicæ recuperandæ sumus,  
imago nulla libere ciuitatis relinquetur. Neque solum  
commentarijs commentijs, chirographisque uenalibus  
innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, cum,  
quæ uendebat Antonius, ea se ex actis Cæsaris agere  
dicaret: sed senatus etiam consulta, pecunia accepta, fal-  
sa refrebat: syngraphæ obsignabantur: senatus consu-  
ta numquam facta ad ararium deferebantur. Huius tur-  
pitudinis testes erant etiam exteræ nationes. Fœderata in-  
terea facta: regna data populi, prouinciaeque liberatae:  
earumque rerum falsæ tabulae, gemente populo Rom. toto  
Capitolio figebantur. Quibus rebus tanta pecunia una in  
domo coarctata est: ut si hoc genus in unum redigatur,  
non sit pecunia populo Ro. defutura. legem etiam iudicia-  
riam tulit, homo castus, atque integer iudiciorum, & iuris  
auctor, in quo nos fecellit, antesignanos, & manipulares,  
& alaudas iudices se constituisse dicebat. at ille legit ale-  
tores, legit exsules, legit Græcos. O concessum iudicium præ-  
clarum! o dignitatè consilij admiranda! auet animus apud  
consilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, porten-  
tum insulæ, hominem audacissimum, & perditissimum. sed  
fac non esse: num Latine sciit? num est ex iudicium genere, p. 197.  
& forma? num, quod maximum est, leges nostras, more sue  
nouissimū deniq; homines? est enim uobis Creta notior, quā

Roma Cyda. Delectus autem, & notatio iudicium etiam in nostris ciuibus haberi solet. Gortynium uero iudicem quis nouit? aut quis nosse potuit? Nam Lysiadem Atheniensem pleriq; nouimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius: homo præterea festinus, ut ei cum M. Curio confessore eodem, & collusore facilime possit conuenire. quæro igitur, si Lysiades citatus index non responderit, excusateturq; Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ, & Athenis res iudicare: accipietne excusationem is, qui questioni præterit, Graculii iudicis, modo palliati, modo togati? an Atheniensium antiquissimas leges negliget? Qui porro ille confessus, dñi boni Cretensis index, isq; nequissimus. quem ad hunc reus alleget? quomodo accedat? dura natio est. at Athenienses misericordes. puto ne Curium quidem esse crudelē, qui periculum fortunæ quotidie faciat. Sunt itē lecti iudices, qui fortasse excusabuntur: habent enim legitimam excusationem, ex filij caussa solum uertisse, nec esse postea restitutos. hos ille demens iudices legisset, horum nomina ad ærarium detulisset, his magnam partem reipublicæ credidisset: si ullam speciem reipublicæ cogitauisset? Atque ego de notis iudicibus dixi: quos minus nostis, nolui nominare. saltatores, citharistas, totum denique commutationis Antonianæ chorūm in tertiam decuriā iudicium sciuote esse collectum. En casuam, cur lex tam egregia, tamq; præclarā, maximo imbris, tēpestate, uentis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & tonitrua ferretur, ut eos iudices haberemus, quos hostites habere nemo uelit.

P. B. scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum, direptio eius pecunia, cuius ratio in æde Opis confecta est, hanc tertiam decuriā excogitauit, nec ante turpes iudices quasi, quā honestis iudicibus nocentiū salus desperata est. Sed

illud os , illam impuritatem cœni fuisse , ut hos iudices le-  
gere auderet , quorum lectio n duplex imprimetur reip.  
dedecus : unum , quod tam turpes iudices essent ; alterum ,  
quod patefactum cognitumq; esset , quam multos in ciuita-  
te turpes haberemus . Hanc ego , & reliquas eiusmodi le-  
ges , etiam si sine uis saluis auspiciis , essent rogatae , censerem  
tamen abrogandas : nunc uero cur abrogandas cœseā , quas  
iudico non rogatas ? An illa non grauissimis ignominia , mo-  
numentisq; huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt no-  
tanda , quod unus M. Antonius in hac urbe post cōditā urbē  
palā secū habuerit armatos : quod neq; reges nostri fecerūt ,  
neq; i; qui regibus exactis , regnū occupare uoluerūt . Cīmā  
memini , uidi Syllā , modo Cæarem : hi enim tres post ciuita-  
tem à L. Bruto liberatam plus potuerunt , quam uniuersa  
res publ. non possim affirmare nullis telis eos stipatos fuisse :  
hoc dico , nec multis , & occultis . At hanc pestem agmē ar-  
matorū sequebatur : Clastius , Mustela , Tiro , gladios osten-  
tantes , sui similes greges ducebant per forum : certum ag-  
minis locum tenebant barbari sagitarij . cum autem erat  
uentum ad ædem Concordiæ , gradus complebantur : lecticae  
collocabantur : non quod ille scuta occulta esse uellet , sed ne  
familiares , si scuta ipsi ferrent , laborarent . illud uero tæter-  
rimum non modo auditu , sed etiam aspectu , in cella Con-  
cordiæ collocari armatos , latrones , sicarios : de templo car-  
cerem fieri opertis ualuis Concordiæ , cum inter subsellia  
senatus uersarentur latrones , patres conscriptos sententias  
dicere . Huc etiam nisi uenirem , Kalend . Septemb . fabros se-  
missurum , & domum meam diſturbaturum esse dixit . Ma-  
gra res , credo , agebatur , de supplicatione referebatur . ueni  
posſiridie : ipse non uenit , locutus sum de republica minus  
equidem libere , quam mea consuetudo , liberius tamen ,  
quam

quam periculi minæ postulabant, At ille homo uchemens  
& violentus, qui hanc consuetudinem libere dicendi ex-  
cluderet (fecerat enim hoc idem maxima cū laude L. P so  
xxx. diebus ante) mimicitias mihi denuntiauit: adesse in  
senatu iussit ad xiiii. Kalend. Octobris. ipse\* interea se-  
ptemdecim dies de me in Tiburtino Scipionis declamita-  
uit, suum quarens. hæc enim ei cauſa esse solet declamādi.  
Cum is dies, quo me adesse iuſſerat, uenisset, tum uero ag-  
mine quadrato in ædem Concordiæ, uenit, atq; in me ab-  
sentem orationem ex ore impurissimo euomuit. quo die, si  
per amicos mihi cupienti in senatum uenire licuisset, cædis  
initium fecisset à me. si enim statuerat. cum autem semel  
gladium scelere imbuiſſet, nulla res ei finem cedendi, niſi  
defatigatio, & satietas, attulisset. Etenim aderat L. frater  
gladiator Asiaticus: qui myrmillo Mylasis depugnarat,  
sanguinem nostrum stiebat, suum in illa gladiatoria pu-  
gna multum profuderat. hic pecunias nostras estimabat.  
possessiones notabat & urbanas, & rusticas: huius mèdici-  
tas auiditate coniuncta in fortunas nostras imminebat: di-  
uidebat agros quibus, & quos uolebat: nullus ad tuſ erat  
priuato, nulla æquitatis deprecatio: tantum quisque habe-  
bat poffessor, quantum reliquerat diuisor Antonius. Quæ,  
quamquam, si leges irritas feceritis, rata esse non poſſunt,  
tamen separatim ſuo nomine nota uanda cengeo: iudicandum  
que nullos septem uiros fuiffe: nihil placere ratum eſſe, quod  
egiffent, aut quod ab iis actū diceretur. M. uero Antonium  
quis eſt, qui ciuem poſſit iudicare potiuſ, quā tētērimum,  
& crudelissimum hōstem: qui pro aede Caſtoris ſedens, au-  
diente populo Romano, dixerit, niſi uictorem, uicturum  
neminem? Num putatis, P. C. dixiſſe eum minacius, quam  
facturum fuiffe? Quid uero, quod in concione dicere  
ausus

P. B. que nullos septem uiros fuiffe: nihil placere ratum eſſe, quod  
egiffent, aut quod ab iis actū diceretur. M. uero Antonium  
quis eſt, qui ciuem poſſit iudicare potiuſ, quā tētērimum,  
& crudelissimum hōstem: qui pro aede Caſtoris ſedens, au-  
diente populo Romano, dixerit, niſi uictorem, uicturum  
neminem? Num putatis, P. C. dixiſſe eum minacius, quam  
facturum fuiffe? Quid uero, quod in concione dicere  
ausus

ausus est se, cum magistratu abisset, ad urbem futurum cum exercitu, introitum quotiescumq; ueller? quid erat aliud, nisi denuntiare populo Rom. seruitutem? Quod autem eius iter Brundisium? qua festinatio? qua spes? nisi ut ad urbem, uel in urbem potius exercitum maximum adduceret? qui autem delectus centurionū? qua effrenatio impotentis animi? Cum eius promissis legiones fortissimae reclamassent, domum ad se uenire iussit centuriones, quos bene de repub. sentire cognoverat. eosq; ante pedes suos, uxorisq; sue, quam secum grauis imperator ad exercitum duxerat, singulari cogit. Quo animo hunc censetis futurum in nos, quos oderat, cum in eos, quos non quanam uiderat, tam crudelis fuisset? & quam audum in pecunias locupletium, qui pauperum sanguinem concupisset? quorum ipsorum bona, quantacumq; erant, statim suis comitiibus, compotoribusq; descripti. Atque ille furens infesta iam patriæ signa Brundisio inferebat: cum Cæsar deorum immortalium beneficio diuini animi, ingenij, consilij magnitudine, quamquam sua sponte, eximiaq; uirtute, tamen approbatione auctoritatis meæ, colonias patris adiit: veteranos milites conuocauit: paucis diebus exercitum fecit, incitatos latronis impetus retardauit. Postea uero quam legio Martia ducē præstantissimum uidit, nihil egit aliud, nisi ut aliquando liberi essemus. quā est imitata quarta legio. Quo ille nuntio audito, cum senatū uocasset, adhibuisseq; consularem, qui sua sententia C. Cæsarem iudicaret, repente concidit. Post autem neque sacrificiis solennibus factis, neque uotis nūcupatis, nō profectus est, sed profugit paludatus: at quo in prouinciam firmissimorum, & fortissimorum ciuium: qui illum, ne si ita quidem uenisset, ut nullum bellum inferret, ferre potuissent, impotentem, iracundum, contumeliosum,

P. 199.

su

superbum, semper poscentem, semper rapientem, semper e-  
brium. At ille, cuius ne pacatam quidē nequitiā quā squam  
ferre posset, bellum intulit prouinciae Galliae: circumfendet  
Mutinam, firmissimam, & splendidissimā populi Ro. colo-  
niā: oppugnat D. Brutum imperatore, consulem designa-  
tum, ciuem non sibi, sed nobis, & reip. natūrā. ergo Annib-  
al hostis, cuius Antonius? quid ille fecit hostiliter, quod hic  
non aut fecerit, aut faciat, molietur, & cogitet: to tum iter  
Antoniorum quid habuit, nisi depopulationes, vastationes,  
cædes, rapinas? qua non faciebat, Annibal, qui multa ad  
usum reseruabat. At ij, qui in horā uiuerent, non modo de  
fortunis, & de bonis ciuium, sed ne de utilitate quidem sua  
cogitauerunt. Ad hunc (dij boni) legatos mitti placet? no-  
runt isti homines formam reipub. iurā belli, exempla ma-  
iorum? cogitant, quid populi Ro. maiestas, quid senatus se-  
ueritas postulet? Legatos decernis: si ut depreceris, con-  
temnet: si ut imperes, non audiet. denique quamuis severa  
legatis mandata dederimus, nomen ipsum legatorum hūc,  
quem uidemus, restinguet ardorem municipiorum: atque  
Italiae franget animos, ut omittam hæc, qua magna sunt,  
certe ista legatio morā, & tarditatē afferet bello. quam  
uis dicant, quod quosdam audio dicturos, Legati profici-  
scantur, bellum nihilominus paretur: tamen legatorum no-  
men ipsum, & animos molliet, & belli celeritatem mora-  
bitur. Minimis momentis, P.C. maxime inclinationes tem-  
porum fiunt, cum in omni casu reip. tum in bello, & ma-  
xime ciuili, quod opinione plerumque, & fama gubernat-  
ur. nemo queret quibuscum mandatis legatos miserimus:  
nomen ipsum legationis ultra missa timoris esse signum  
uidebitur, recedat à Mutina: desinat oppugnare Brutum:  
decedat ex Gallia: non est uerbis rogandus: cogendus est  
armis.

armis. Non enim ad Annibalem mittimus, ut a Sagunto recedat: ad quem miserat olim senatus P. Valerium Flaccum, & Q. Belium Tamplum: qui, si Annibal non pareret, Carthaginem ire iussi sunt. nostros legatos, quo iubemus ire, si non paruerit Antonius? ad nostrum ciuem mittimus, ne imperatorem, ne coloniam populi Ro. oppugnet. Itane uero? hoc per legatos rogandus est? quid interest per deos immortales, utrum hanc urbem oppugnet, an huius urbis propugnaculum, coloniamque populi Rom. prasidi⁹ causa collocatam? Belli Punici secundi, quod contra maiores nostros Annibal gessit. causa fuit Sagunti oppugnatio recte ad eum legati missi. mittebantur ad Panum, mittebantur pro Annibalis hostibus, nostris sociis. Quid similem tandem nos ad ciuem mittimus, ne imperatore populi Romani, ne exercitum, ne coloniam circumfedeat, ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne sit hostis? Age, si paruerit, hoc ciue uti aut uolumus, aut possumus? Ante diem XIII. Kalend. Ian. decretis uestris eum concidistiſ: constiuitiſ, ut hac ad uos, Kalend. Ian. referrentur, quae referri p. 200.  
uideris de honoribus, & premijs bene de rep. meritorij, & merentium: quorum principem iudicauisti eum, qui fuit, C. Cesarem, qui M. Antonij impetus nefarios ab urbe in Galliam uertit: deinde milites ueteranos, qui primi Cesarem securi sunt: tum illas celestes, diuinisq; legiones Martiam, & Quartam cōprobauisti, quibus, cū consulem suū non modo reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores, & præmia spōondisti: codemq; die, D. Brutii præstantissimi ciuiis editio allato, atq; proposito, factum eius collaudauisti: quodq; ille bellum priuato consilio suscep-  
rat, id uos auctoritate publica comprobasti. Quid igitur illo die aliud egisti, nisi ut re hostem iudicareis  
Anto

Antonium? his uestris decretis aut ille uos aequo animo  
aspicere poterit, aut uos illum sine dolore summo uidebitis?  
Exclusit illum a republica, distraxit, segregauit non solum  
scelus illius, sed etiam, ut mibi uidetur, fortuna quædam  
reipublicæ, qui si legatis paruerit, Romamq; redierii, num  
quando perditis ciuibus uxillum, quo concurrant, defun-  
rum putatis? Sed hoc minus uereor, sunt alia, qua magis ti-  
meam, & cogitem, numquam parebit ille legatio, noui ho-  
minis insaniam, arrogantiā: noui perdita consilia ami-  
corum, quibus ille est deditus. Lucius quidem frater eius,  
ut pote qui peregre de pugnarit, familiam ducit. sit per se  
ipse sanus, quod numquam erit, per hos esse ei tamen non  
licebit, terretur interea tempus, belli apparatus refrigeset.  
unde est adhuc bellum, nisi ex retardatione, & mora? ut

P. B. gam, libere senatus haberi potuit, semper flagitauit, ut co-  
nocaremur, quo die primum conuocati sumus, cum desig-  
nati consules non adessent, ieci sententia mea maximo ue-  
stro consensu fundamenta reipublicæ, se ius omnino, quam  
decuit (nec enim ante potui) sed tamen, si ex eo tempore dies  
nullus intermissus esset, bellum profecto nullum habere-  
mus omne malum nascens facile opprimitur: inueteratum  
sit plerumque robustius. Sed tum expectabantur Kalen-  
dæ Ian. fortasse non recte. Verum præterita omittamus.  
etiamne hanc moram afferemus, dum proficiuntur lega-  
ti, dum reuertatur? quorum expectatio dubitationem bel-  
li affert: bello autem dubio, quod potest studium esse dele-  
ctus? Quamobrem, P. C. legatorum mentionem nullam cœ-  
seco faciendam: rem administrandam arbitror sine ulla  
mora, & confessim gerendam: tumultum, censeo decer-  
ni, iustitium edici, saga sumi dico oportere, delectum

habe

haberi, sublatis uacationibus in urbe, & in Italia, \*prater Galliam tota. Quæ si erunt facta, opinio ipsa, & fama uestræ ueritatis obruet scelerati gladiatori ametiām: sentiet sibi bellum tam populo Rom. esse suscepsum: experietur consentientis senatus neruos, atq; uires. nam nūo quidem partium contentionem esse dicitat. quarum partiu?

altri uicti sunt, alteri sunt e medijs C. Cæsar's partibus. nisi forte Cæsar's partes a Pansa, & Hircio consulibus, & a filio C. Cæsar's oppugnari putamus. Hoc uero bellum non ex dissensione partium, sed ex nefaria spe perditissimorum ciuium excitatum: quibus bona, fortunæ, nostræ notata sunt, & iam ad cuiusq; opinionem distribuite. Legi epistolam Antonij, quam ad quēdam septemuirum capi-  
talem hominem collegam suum mis̄erat. QVID CON-

P. 201.

CUPISCAS, TV VIDERIS: QVOD CONCV-  
PIVERIS, CERTE HABEBIS. En, ad quem legato-  
mittamus, cui bellum moremur inferre, qui ne sorti  
quidem fortunas nostras\* destinauit: sed libidini cuiusq; nos  
ita addixit, ut ne sibi quidem quidquam integrum, quod  
non alicui promissum iam sit, reliquerit. cum hoc, P. C.  
bello, bello, inquam, certandum est, idq; confessim. legato-  
rum tarditas repudianda est. Quapropter, ne multa nobis  
quotidie decernenda sint, consulibus totam remp. commē-  
dandam censeo, hisque permittendum, ut remp. defendant,  
prouideantq; ne quid respub. detrimenti accipiat: censeoq;  
ut ijs, qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi, si  
ante Kal. Feb. ab eo discesserint. Hæc si censueritis, patres  
conscripti, breui tempore libertatem popu Romani, au-  
toritatèque uestram recuperabitis: si autem lenius age-  
tis, tamen eadem, sed fortasse serius decernetis. De repub.  
quo ad retulisti, satis decreuisse videor. Altera res est de

CCC hor.

honoribus: de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententijs rogandis seruari solet, eundem tenebo in uiris fortibus honorandis. A Bruto igitur consule designato more maiorum capiamus exordium: cuius, ut superiora omittā, qua sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudicij, quam publice laudata: quibus nā uerbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus? neque enim ullam mercedem iāta uirtus prater hac laudis, gloriāque desiderat. qua etiam si caret, tamen si seipsa contenta, atque in memoria gratorum ciuium, iamquam in luce posita latetur. Iaus igitur iudicij testimonijq; nostri tribuenda Bruto est. Quamobrem his uerbis, P. C.

P. B. senatus consultum faciendum censco: CV M. D. Brutus imperator, cos. designatus, prouinciam Galliam in senatus, populiique Rom. potestate teneat, cumque exercitum tam tam breui tempore, summo studio municipiorum, coloniarumq; prouinciae Galliae optime de repub. merita, merentisq; conscriperit, compararit: id eum recte, & ordine, exq; repub. fecisse: idque D. Bruti prestantissimum meritum in rem pub. senatu in populoque Rom. gratum esse, & fore, itaq; senatum, populumq; Rom. existimare, D. Brutus imp. cos. designati opera, cōsilio, virtute, incredibiliq; studio, & consensu prouinciae Galliae, reip, difficillimo tempore esse subuenium. Huic tanto merito Bruti, P. C. tantoq; in rem beneficio, quis est tantus bonus, qui non debeat? nam, si M. Antonio patuissest Gallia; si expressis municipijs, & colonijs imparati, in illam ultimam Galliam penetrare potuissest, quantus res p. terror impenderet! dubitaret, credo, homo amentissimus, atque omnibus cōsilijs praeceps, & deuina, non solum cum exercitu si. o. sed etiam cum cniim immanitate barbariae bellum inferre nobis, ut eius furor ē ne

Alp

Alpium quidem muro cohibere possemus. Hæc igitur habenda gratia est D. Brutus, qui illum, nondum interposita auctoritate uestra, suo consilio, atq; iudicio, non, ut consullem recepit, sed, ut hoste arcuit Gallia, seq; obsideri, quam hanc urbem maluit. Habeat ergo huius tamii facti, tāque præclari decreto nostro testimonium sempiternum: Galliaq; quæ semper præsidet, atque præsedit huic imperio, libertatiq; communis, merito, iureq; laudetur, quod se suasq; vires non tradidit, sed opposuit Antonio. Atque etiam M. Lepido pro eius egregiis in rem publ. meritis decernendos honores quamamplissimos censeo. semper ille populu Ro. liberum uoluit, maximumq; signum illo die dedit uoluntatis, & iudicij sui, cum Antonio diadema Casari imponēte, se auertit, gerinituq; & mæstitia declaravit, quantū habebret odium seruitutis, quam populum Rom. liberi n̄ cuperet: quam illa, que tulerat, emporum magis necessitate, quam iudicio tulisset. Quanta uero is moderatione usus sit in illo tempore ciuitatis, quod post mortem Cesaris consecutum est, quis nostrū obliuisci potest? Magna hæc: sed ad maiora properat oratio, quid enim, o dñi immortales, admirabilius omnibus gentibus, quid optatius populo Rom. accidere potuit, quam, cum bellum civile maximum esset, cuius belli exitum omnes timeremus, \*sapiēntia etiam id potius exstingui, quā armis, & ferro rem in discrimen adducere? Quod si eadem ratio Cesaris fuisset, in illo tetro, miseroq; bello: ut omittam patrem, duos Cn. Pompeij summi, & singularis viri filios incolunes haberemus: quibus certe pietas fraudi esse non debuit. utinam omnes M. Lepidus seruare potuissent, facturum fuisse, declaravit in eo, quod potuit, cum Sext. Pompeium restituit ciuitati, maximum ornamenti reip. clarissimum monumentū clementie sue. grauis illa fortuna

populi Rom. graue fatum. Pompeio enim patre, quod imperium populi Rom. lumen fuit, extincto, interfectus est pater simillimus filius. sed omnia mihi uidentur deorum immortalium iudicio expiata, Sext. Pompeio recip. conservato. Quam ob causam iustum, atque magnam, & quod periculo summum ciuale bellum, maximumq; humanitate, & sapientia sua M. Lepidus ad pacem, concordiamq; conuertit, se uatus consultum his uerbis censeo prescribendum: CVM à M. Lepido imp. pont. max. s. e. numero res pub. & bene, & feliciter gesta sit, populusq; Rom. intellexerit, ei dominatum regnum maxime displicere: cumq; eius opera, uirtute, consilio, singulari, clementia, & mansuetudine bellum acerbiissimum ciuale sit restinctum, Sextusque Pompeius. CN. F. Magnus huius ordinis auctoritate ab armis discesserit, & à M. Lepido imp. pont. max. summa senatus, populiq; Rom. uoluntate ciuitati restitutus sit: senatum, populumq; Rom. pro maximis, pluri misq; in rem pub. M. Lepidi meritis, magnam spem in eius uirtute, auctoritate, felicitate reponere otij, pacis, concordiae, libertatis: eiusq; in rem. meritorum senatum, populumq; Rom. memor fore, eiq; statua equestre inaurata in rostris, aut quo alio loco in foro uellet, ex huius ordinis sententia statui placere. Qui honor, P. C. mihi maximus uidetur: primum, quia iustus est: non enim solum datur propter spem temporum reliquorum, sed pro amplissimis meritis redditur. nec uero cuiquam possumus commemorare hunc honorem à senatu tributum, iudicio senatus soluto, & libero. Venio ad C. Caesarem, P. C. qui nisi fuisset, quis nostrum esse potuisse? aduolabat ad urbem à Brundisio homo importunissimus, ardens odio, animo hostili in omniis bonos cum exercitu Antonius. quid huius audacie, & sceleri poterat opponi? nondū ullos duces habebamus,

batum, non copias: nullum erat consilium publicum, nulla libertas: danda cervices erant crudelitati nefariae: fugam querebamus omnes: quæ ipsa exitu non habebat. quia tum nobis, quis populo Rom. obtulit hunc diuinum adolescentem deus? qui cñ omnia ad perniciem nostram pestifero illi ciuit patenter, subito præter spem omnium exortus, prius conficit exercitum, quem furori M. Antonij opponeret, quam quisquam hoc cum cogitare suspicaretur. Magni honores habuit Cn. Pompeio, cum esset adolescentes, & quidem iure: subuenit enim reip. sed atate multo robustior, & militum ducem quaerentium studio paratior, & in alio genere belli. non enim omnibus Sylla causa grata. declarat multitudo proscriptorum, tot municipiorum maxima calamitates. Cæsar autem annis multis minor ueteranos cupientes iam re quiescere, armauit: eam complexus est causam, quæ esset senatus, quæ populo, quæ cunctæ Italiae, quæ diis homini- busq; gratissima. Et Pompeius ad L. Sylla maximū impe- rium, uictoremq; exercitum accessit: Cæsar se ad neminem adiunxit: ipse princeps exercitus faciendi, & præsidij com- parandi fuit. Ille in aduersariorum partibus agrum Pice- num habuit inimicum: hic ex Antonij amicis, sed amicio- ribus libertati, contra Antonium conficit exercitum. Illius opibus Sylla regnauit: huic præsidio Antonij dominatus oppressus est. Denus igitur imperium Cæsari: sine quo res milit. is administrari, teneri exercitus, bellum geri non po- test: sit pro prætore eo iure, quo qui optimo: qui bonos, quæ- quam est magnus illi ætati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem ualeat. itaq; illa que- ranus, quæ uix hodierno die consequemur. Sed sape spero fore huic adolescentis ornati, honorati, & nobis, & po- pulo Ro. potestate. hoc autem tempore ita censeo decernendum

QVOD C. Cæsar C. F. pont. prætor, summo reip. tempore milites veteranos ad libertatem populi Rom. cohortatus sit, eosq; conscripsit: quodq; legio Martia, quartaq; summo studio, optimoque in remp. consensu, C. Cæsare duce. & auctore, remp. libertatem popul. Rom. defendant, defenderint: & quod C. Cæsar prætor, Galliæ provinciæ cum exercitu subsidio profectus sit, equites sagittarios, p. b. elephanos in suam, populiq; Rom. potestatem redegerit, difficillimoq; reip. tempore saluti, dignisatiq; populi Rom. subuenerit: ob eas causas senatus placere, C. Cæsarem C. F. pont. prætorem, senatorem esse, sententiamq; loco prætorio dicere: eiusq; rationem, quemcumq; magistratum petet, ita haberi, ut haberi ligeret, si anno superiore quaestor fuisset. Quid est enim, P. C. cur eum non quam primum amplissimos honores capere cupiamus? Legibus enim annualibus cum grandiorum etatem ad consulatum constituebant maiores nostri, adolescentiae temeritatem uerebatur. C. Cæsar in eunte etate docuit, ab excellenti, eximiaq; uirtute progressum etatis expectari non oportere. Itaq; maiores nostri veteres illi leges annales non habebant: quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitios inter aequales. Ita saepe magna indoles uirtutis, prius quam reip. prodesse potuisset, existimata est. At uero apud antiquos Rulli, Decii, Coruini, multiq; alij, recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flaminius, admodum adolescentes consules facti tantas res gesserunt, ut populi Rom. imperium auxerint, nomen ornarent. Quid Macedo Alexander cum ab in eunte etate res maximas gerere cœpisset, nomine tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ est etas nostris legibus decem annis minor, quam consularis. Ex quo iudicari potest, uirtutis esse, quam etatis cursum

sum celeriorem. Nam, quod iij, qui Cesaris inuident, simulant se timere: ne uerendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus utatur. Ea natura rerum est; P.C. ut, qui sensum uera gloria ceperit, quiq; se ab senatu, ab equitibus, populoque Rom. uniuerso senserit ciuem clarum haberet, salutaremque reipub. nihil cum hac gloria comparandum putet. Utinam C.Cesaris patri dico, contigisse adolescenti, ut esset senatui, atque optimo cuiq; carissimus. quod cum cosequi neglexisset, omnem uitam ingenij, que summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. Itaque, cum respectu ad senatum, & ad bonos non haberet, eam sibi uiam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam uirtus liberi populi ferre nou posset. Eius autem filii longe sane diuersa ratio est: qui cum omnibus est, tum optimo cuique carissimus. in hoc spes libertatis posita est: ab hoc accepta iam salus: huic summi honores & exquiruntur, & parati sunt. Cuius igitur singularē prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus? quid enim stultus, quam inutilem potestiam, inuidiosas opes, cupiditatem dominandi precipitem, & lubricam anteferre uera, graui, solidae glorie? an hoc uidit puer: si atate processerit, non uidebit? At est quibusdam inimicus clarissimus, atq; optimus ciuibus, nullus iste timor esse debet. omnis Caesar inimicitias reip. condonauit: hanc sibi iudicem constituit, hanc moderatricem\* omnium, \* atque factorum. ita enim ad remp. accessit, ut eam confitaret, non ut euertieret. omnis habeo cognitos sensus adolescentis: nihil est illi reipub. carius, nihil usfra auctoritate grauius, nihil honorum uirorum iudicio optatius, nihil uera gloria dulcius. Quam obrem ab eo non modo nihil timeret, sed maiora, & meliora expectare debet: neque in

eo, qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit,  
 timere, ne memoria maneat domesti<sup>i</sup> doloris, quæ plus  
 apud eum possit, quam salus ciuitatis. Audebo etiam obligare  
 fidem meam, P. C. uobis, populoq; Romano: quod pro-  
 fecto cum me nulla uis cogereret, facere non auderem, per-  
 timesceremq; in re maxima periculosa, am opinionem teme-  
 ritatis, promitto, recipio, spondeo, patres conscripti, C. Ce-  
 sarem talem semper fore ciuem, qualis hodie sit, qualemq;  
 cum maxime uelle, & optare debemus. Quæcum ita sint,  
 de Casare satis hoc tempore dictum habebo. Nec uero de  
 L. Egnatuleio fortissimo, & cōstantissimo ciue, amicissimo  
 recipi silendum arbitror: sed tribuendum testimonii virtutis  
 egregiae, quod ius legionem quartam ad Casarem addu-  
 xerit, quæ præsidio consulibus, senatu, populoq; Ro. reique  
 publi, esset: ab eam causam placere, uti L. Egnatuleio tri-  
 niū ante legitimū tempus magistratus petere, capere,  
 gerere liceat. In quo, P. C. non tantum commodi tribuitur  
 L. Egnatuleio, quantus honos, in tali enim re satis est no-  
 minari. De exercitu autem C. Caesaris ita censeo decernendū:  
 Senatu placere, militibus ueteranis, \* qui Caesaris  
 pontificis, auctoritatēq; huius ordinis defenderint, atque  
 defendant: his, liberisque eorum militie uacationem esse:  
 utiq; C. Pansa, A. Hircius consules, alter, amboue cognos-  
 carent, qui ager ijs colonijs esset, quo milites ueterani de-  
 ducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, ut si mi-  
 litibus ueteranis diuideretur: de agro Campano separatim  
 cognosceret inirentq; rationem de commodis militum uete-  
 ranorum augendis: legioniq; Martie, & legioni quarta,  
 & ijs militibus, qui de legione secunda, trigesima quinta,  
 ad C. Pansam, A. Hircium consules uenissent, suaque no-  
 mina dedissent: quod ijs senatus, populique Romani libertas  
 car

carissima sit, & fuerit, uacationem militiae ipsis, liberisque  
eorum esse placere, extra tumultum Gallicum, Italicumque:  
easque legiones, bello confecto, missas fieri placere: quan-  
tamque pecuniam militibus earum legionum in singulos  
C. Caesar pontifex proprætor pollicitus sit tata dari place-  
re, utique C. Pansa, A. Hircius cōsules, alter, ambo ne rationem agri habeant, qui sine iniuria priuatorum diuidi  
possit: isque militibus legionis Martia, & legionis quartæ  
ita daretur, assignaretur, ut quibus militibus amplissime  
dati, assignati essent. Dixi ad ea omnia, consules, de quibus  
retulisti: qua si erunt sine mora, matureq; decreta, facilius  
apparabitur ea, quae tempus, & necessitas flagitat, celeri-  
tate autem opus est: qua si essemus usi, bellum, ut si epe di-  
xi, nullum haberemus.



## IN M. ANTONIVM

P. B.

AD QVIRITES.

PHILIPPICA VI.

ORATIO XLVIII.

**V**DITA uobis esse arbitror, Quirites, que  
sint acta in senatu, qua fuerit cuiusque sen-  
tentia res enim ex Kal. Ian. agitata, paullo  
ante confecta est: minus quidem illa senere,  
quam decuit: non tamen omnino dissolute. mora est allata  
bello, non causa sublata. Quamobrem, quod quæsuit a me  
CCC 5 T.